Rey, (a) ò su Señor, ò otro ho-

scientia: *allegat dict. Galen. in* 1. *aphorismorum*: vita brevis, ars verò longa: *not. Barb. super rubric. de precario, de foro tamen municip. de Sepulv.* quicquid filius acquirit à soldada, vel qualitercumque est parentum: *ut lib.* 3. *l.* 112. *quæ incipit*: *Qualquier cosa, &c.* licèt illud posset per jus commune limitari, scilicèt, quoad usumfructum servata filio proprietate: *ut alleg. l. cum oportet, & concord. cum ista l. & in eo dicitur*: *Por su trabajo, videtur approbata opinio Bar. in tractatu de duobus fratribus*, 2. *q. qui tenet contra opin. Spec. tit. de jud.* §. *sequitur videre, ver. videamus*, quòd si filius negotietur cum patris pecunia, & acquirat multa cum opere, & labore suo, quòd pars lucri quæ attribuitur pecuniæ tanquam profectitia venit communicanda, illa verò quæ attribuitur opere filij, & industriæ retinet ut adventitiam & propriam, & non tenetur conferre: *ut l. filiæ, C. de coll. & hoc modo dicit Bar.* quòd filius communicat lucrum perceptum ex pecunia paterna, videlicèt, deducta exterminatione oneris, & opere personæ quòd remanet præcipuum apud filium: *facit ad hoc glos.* 2. *in l. illud, in princ. C. de coll. & facit iste text.* nam id quòd attribuitur labori filij, est suum præcipuum: *& hoc tenent Bar. & Bal. in auct. ex testam. C. de coll. licèt Bal. In d. l. cum oportet, etiam alleg. auct. ex testam.* dicit, quòd ista divisio est rusticana, & concludit, quòd hoc est arbitrio Judicis relinquendum, inspectis qualitate personæ, & quantitate sortis: *placet tamen dictum Bar. per jura per eum alleg. & per hanc l. per quam etiam determinatur quòd not. Bal. in dict. auct. ex testam.* dicens, quòd valet donatio remunerativa facta per patrem filio, nec illam conferre tenetur, quòd est verum, si merita sunt loco finalis, quia pater non erat aliàs facturus, nam labor filij sicut pretium rei esse videtur: *ut ff. de annuis leg. l. Sejo*, & non tanquam pater, sed tanquam quilibet donat, & causa donationis facit rem esse adventitiam: *ar. ff. si quid in frau. patro. l. unius, & not. plenè, & notabilitèr per Bal. in l. si donatione, C. de coll.* oportet ergo esse talem causam, quæ non tantum patrem flectat, sed bono viro concludat, & æquiponderent bona meritis, vel saltem non sint ultra dimidiam justæ mensuræ: *ar. in l.* 2. *de rescin. vend. cum simi.* quòd est notandum, merita autem ex quibus licèt remunerare collige: *ex l. justa, & l. si collectaneus, & l. etiam*, §. 1. *ff. de manu vind.* quòd enim si dubitetur an sit aliquid acquisitum ex re parentis, vel fortuna, vel industria filij? *tenet glos. in d. l. cum oportet*, §. *si quis itaque, & Bar. & Bal. in d. auct. ex testam. & in alleg. tractatu*, quòd debet considerari industria, diligentia, & persona patris, & filij, & ex conjecturis potest verisimiliter probari: *ut ibi plenius per eos.* Et ad supradicta nota, quòd si duo fratres rustici simul stant, & unus acquirit cum bobus communibus, quòd illud debet esse commune, opera autem inter fratres simul negotiantes præsumitur gratuita, & amicitia fraterna impensa: *ff. de neg. ges. l. ex duobus, in princ.* §. *fi. licèt Bar.* medietatem lucri assignet operæ personali, & aliam medietatem operæ boum, sic qui laboravit habebit tres partes, & qui non laboravit habebit quartam partem: sed primum magis placet *Bal. in lib. feud. tit. de benefitio fratris, cap.* 1. vide de hac materia *Spec. tit. de jud.* §. *sequitur videre, ver. ut autem.*

(a) O QUE LE DE EL REY. Nam sicut illud non confert conjux conjugi: *ut suprà tit. proxim. l.* 1. *&* 2. sic nec frater fratribus: *ut hic, & dict. l. cum oportet*, & hoc verum nisi detur filio patris contemplatione, & hoc concedit, & sic venit communicandum, aliàs est adventitium, & proprium filij: *ut ff. de vulg. & pu. subst. sed si plures*, §. *in arrogato, ff. de acquir. hæred. l. additio, & not. in d. l. cum oportet*, si autem non constat cujus contemplatione sit datum, vel acquisitum, & tunc in dubio præsumitur contemplatione filij, & non venit communicandum: *ut l. fi. C. de usufruct.* Circa impensam factam in studio, an tenetur filius illam in collationem tradere post mortem patris? *Bar. in l. de bonis*, §. *non solum, ff. de carbo. edi.* dicit, quòd illa impensa ne-

(c) 2008 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación